



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

58 Auctoritatis propriae lumine fulgentes, praeferuntur illis, qui vices
aliorum gerunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

precedere debeat, canonici enim pares ipsi, coadjutor propria dignitate, & prerogativa, coadjutores autem aliena tantum praeferunt dignitate, & propriae auctoritatis lumine fulgentes praeferrunt debent illis, qui aliena luce coruscant, aut vices aliorum gerunt, Dec. in cap. sane, il 2. num. 12. de off. deleg. vers. sed habito respectu, & vers. & resolvendo omnia supra dicta Jas. in l. more, num. 4. ff. de jurisd. omni. jud. Purpur. in l. 1. num. 632. ff. de off. ei. cui mand. est jurisd. & ibi Jacob. de Nig. num. 14. Alciat. respons. 199. num. 36. Menoch. cons. 51. num. 24. & 35. lib. 5. sed, quia coadjutores inserviunt in eodem ordine, in quo serviebant coadjuti aequitas suadet, ut in eodem ordine post omnes canonicos ejusdem ordinis federe debeant, honoremque & debetur constitutis in dignitate, ratione excellentiae. Cassau. in Cat. glor. mund. par. 1. consil. 8. & ordo sacerdotalis excellit ordinem diaconalem: Absurdum enim est auditu, diaconum extolli super presbyterum c. legimus 93. dist. cum ordo sacerdotalis praeminet dignitati regali cap. duo post med. 69 d.

60 Coadjutor autem & canonici vocatur etiam canonicus fictus, & verum ficto praeferrunt debet, cap. fraternitatis. de frigid. & malef. & cap. cum venerabilis. de relig. dom. Ideo canonici veri & ficti sunt praeferrunt, ut consiluit Gemin. cons. 138. num. 1. in fi. & num. 2. & 3. & Rebuff. in prax. benef. tit. de reser. etiam per val. num. 30. & ex dispositione juris communis coadjutor non debet praecedere canonicos antiquiores, cap. statuimus, de major. & obed. gloss. in cap. fin. in ver. antiquiores, de consuet. lib. 6. & Mohed.

decif. 262. quae procedunt data ordinis paritate, & si vero detur coadjutor canonico in ordine sacerdotali; licet canonicos ejusdem ordinis sacerdotalis praecedere non possit, canonicos tamen in ordine diaconali, & subdiaconali praecedere debet, per text. in d. cap. statuimus, ubi etiam Joann. num. 1. & Abb. 3. not. de majorit. & obed. & cap. a subdiacono 93. dist. cum aliis supra deductis.

63 Quae potest, & quid juris inter canonicum ejusdem ordinis, & coadjutorem primo receptum, utrum provisus postea de alio canonicatu vacante debeat praeferrunt coadjutori ejusdem ordinis primo recepto, & probatur, quod sic, ex deductis per Menoch. d. consil. 51. num. 24. & 25. lib. 1. cum aliis supra allegatis, & est ratio, quia coadjutor non est canonicus, nec possidet, uti canonicus, sed uti coadjutor, & non proprio, sed coadjuti nomine possidet, inservit, & administrat, & coadjutoris officio cessante, in possessionem canonicatus, & praebendae, ac annexorum, juriumque, & pertinentiarum eorumdem est inducendus, & tunc, uti canonicus, in possessionem induci, ac in canonicum recipi, & ad praebendam admitti debet, ac in fratrem, stallum sibi in choro, & loco in capitulo cum juris plenitudine assignatis, ut expresse verba coadjutoriae sonant, & cum in fratrem, non recipiatur, nec uti canonicus, possessionem, & stallum in choro acquirat, nisi post mortem coadjuti, tunc post omnes canonicos sui ordinis debet installari, quia & primo in eodem ordine in fratrem receptus, ultimo receptum in omnibus praecedere debet, per regulam, qui prior est tempore, ut in cap. qui prior, de reg. jur.

Gg 2

in 6.